Hinc diui ſanctiq; patres in montibus altis
Delegere domos tacitas, chartuſia teſtis,
Carmelus, garganus, athos, laureta, lauerna
Et ſina, & ſoractis apex, vmbroſaq; vallis.
Et iuga nurſini facro fenis inclyta, & altis
Abietibus turrita caput, gamaldula ſanctum,

Cætera prætereo, nec enim sermonibus istis
Omnia cõplectri tatuo, montana frequentant
Culmina cœlicolæ, sed anates, mergus, & anser
Ibis, onocrotalus, milui, fulicæq; paludes

¶ Vallibus ex illis. i. inter montes sitis. aut loqtur de planicie que est in mõtib⁹ Enumerat aũt sordida ministeria ad que fere aptiores sunt in mõtibus ortis. cũt ad oẽm laboriem. vnde Iuue. satyr. ij. Et illud. Audiret pot⁹ tis montanũ vulgus aratrie Posset ti videri loqui de implanicie q̃ conuallibus notis vtilis det honesta ministeria: hts sordidiora: sed de iis qui in mõtibus nascunt tor⁹ est sermo: quia dicit Coribus in durũ oriũtur. Credã de illis loqui: qui Francia veniũt purgaturi cloacas q̃ fumaria. Jdq; ẽ ironice rustico motu: vt nescias an laudet an verius irrideat eos. Nisi qua rustico dat partes laudandi cui etiã vile ministeriũ: dũ strenue fit laudabile videtur. Ex illis igitur vallib⁹ q̃ sunt sub vertice mõtium inter montes th cõfluit hue. i. ad hec plana loca subauditur ex superioribus robusta iuuẽtus. vt curet opera naualia. i. nautica expleat munus. Castrare. i. emasculare aut excolere seu scindere. i. incidere et amputare phagos arbores glandiferas a phage in. i. comedendo dictas. Nõ aũt intelligo vt torcumata faciant aut celaturas ad quas pl⁹ agnus apta. vñ est Tibi pecula ponas Phagina. celatũ diuini opus alchimedõtis. Cloace sunt scripte subterranee per quas sordes in fluuiũ dimittũtur. Sordidus coactis id est cõgregatis q̃ cõpactis vt aque ductus claudant in altos puteos. cotũ purgãdi gratia. Pomis. i. culmis dare libet a fumo ipsa tramẽta. i. purgare fumaria. vulgus caminos vocat vẽtres ad flumina ferre: aut sordes aluorũ. aut intestina pecorũ macatorũ. Semper sub põdere currunt quod in vallib⁹ ortis nõ cõgruit q̃ multo minus qõ sequitur. Coribus in duris oriuntur. i. inter cautes q̃ faxa aspa. Specla. i. spelunce: sed grecum est. adde q̃ in celum. Jd scõmate non caret aut rusticana simplicitate quasi vero animo spacio ferantur in celum. Nubila transcendunt aliqui. Athos enim est vltra mediã regionem aeris vsque adeo vt in eo neq; nubes neq; vẽti sint sed cineres ex sacrificiis derelicti repiantur anno peracto indispsi. Esse locũ memorãt Pharadisum terrestrẽ quem quidam sub lunari globo ponunt. q̃. omnia poma. Jd quoq; loco pastoral non caret. vnde diui sancti q̃ patres: hoc videtur principaliter intendisse vt tandẽ carmelũ laudet. Carthusia nõ lõge a grationopoli in delphinatu prima domus carthusianorũ: virorũ perfecto celestiũ quibus vt solidis tibicinibus christiana fulcitur religio Carme no antiquitate olim excellẽ et obseruatiõe cãdide religiõis ceteris nõ inferior. Gargan⁹ duo michaele mons insignis. Athos mons thracie in cõfinibus macedonie mire altitudinis in quo est potides: religione insignis: quia cineres in aria derelicti illic disturbari negantur. Laureta vbi diua virgo habet edẽ excellẽtissimã q̃ miraculis ac donariis clarissimã. Lauerna dea a furib⁹ colebatur cui edes erat iuxta lauernalem portã: que in christianũ conuersa est vsum. Et sina mõs est (vt dicitur gala. i. ii) in arabia: sepulchro dine catharine religiosue et preceptis mosi datis olim ips illustris. Aper soractis apollinis obseruatiõe olim preclarus. Virg. Sũme deus sancti custos soractis apollo. Hunc quoq; q̃ illic sub constantino nondũ conuerso dilituit siluester romanorũ pontifex insignis. q̃ vallis igit vmbrosa in qua ille dilituit. Et iuga nursini facto sanctis inclyta: a nursio oppido in mõtib⁹ posito. eneid. vii. Et te montose misere in plia nurse. Ufens insignis fama q̃ feticib⁹ armis. Et camelidula turrita caput sanctũ. i. habẽs sanctũ caput turritũ. i. qui turrib⁹ in

ſignifti: abiectibus: que arbores in mõtibus naſcunt ſuntq; quas ſappinos vocãt
Eſt alit non longe a florentia Celicole vt michael: & ceteri angeli in ſinu suciti.
Anas anis immũdicia aquarũ gaudẽs & mergus ad limũ tendens. & anser etiã
illuuie aquarũ paſtus & ibis vt cyconia cui ſimilis eſt ſerpẽtib⁹ nutrita. onocro
talus etiã obſcenitatẽ amãs nã ad Onoo quod eſt in cõo deduci videtur. Mi lui
ues rapaces & obſcene vmentes. Fulice. aues circa littora nirpem victũ que
ritantes: frequentant ſup. paludes.

Inter montanæ tantos regionis honores Alphus
Cur de meſſe nihil, nihil eſt de palmite dictum?
Hæc tamen humanæ duo ſuſtentacula vitæ
Maxima, monticolæ veniunt e rupibus ad nos
Hordea mercatum torui fuligine tincti
Setoſi, macie affecti, laceri ac ſituoſi
Indigenæ oſtendunt quæ ſit natura locorum
Sed quod montanis de religionibus inquis
Rettulit in mentem quæ de polluce feruntur
Quæ dea ſi noſti viſa eſt, quæ candide nympha?
Dic age, nam cœptum certamen inutile nobis
Vtilior ſermo de religione tenendus
Galbula qui ſolitus pecudes in paſcua tecũ Can.
Ducere, te ſatis hoc potuit docuiſſe quod optas
Plura quidem polluce ſuper narrata, ſed ipſã Al.
Nec docuit nympham, nec me queſiſſe recordor
Nunc ſubijt mentem, cum religionis ab orta eſt
Mentio & illarum viſa eſt mihi maxima laudum
Non erat illa dryas, neq; libetris, nec oreas Can.
Venerat e cœlo ſuperum regina, tonantis
Mater, anhelanti pacem latura iuuentæ
Huic Tethys, huic alma Ceres famulãtur, & ipſe
Aeolus æquoreis ventos qui frenat in antris

Anastrophe eſt dictionũ præpoſterus
ordo latine inuerſio ſine reuerſio dicitur
vt mecũ terra eſt

Hanc deus astrorum flammas super, atq; volantes
Solis equos, supra fulgentē Cassiopēam
Extulit, & sacram bisseno sidere frontem
Cinxit, & adiecit subter vestigia lunam

¶ Inter montane. ꝛc. Dixit Alphus nullā esse mentionem factam de frugibus quas yberiores equote seu planicie nasci contendit. De messe. i. de frugibus. de palmite. i. vitibus. Mercatū sup̄mum a mercor. i. emptū. totui. quis immiti fere sunt fronte: vsq; adeo vt immites dicātur in cotibus orti. Unde Maro in Bucol. Nunc scio quid sit amor: duris in cotibus illū. Ismarus aut rhodope aut extremi garamantes. Nec nostri gñis puerū nec sanguine edūt. fuligine. i. pingui fumo Setosi. i. hirsuti. Iuue. Hispida membra quidē ꝛ dure per brachia sete. Promittunt atrocē animū. Situosi. Ualla docet siticulosi esse in vsu licenter abūt hic vsurpatur situosi: quia per regulā fieret sitosus. Indigene. i. inde geniti hoc est vt hic accipitur incole. Sed quod tēdit ad principale quod est declarare diuā virginē esse visam polluci. hoc est poete eiusq; laudes accumulare; ꝛ poete in religiōe vitaz paucis significare. Galbuta de quo in polluce satis dictū est. videtur q̄ diminutionē dicti a galba. de quo Iuuenal. Nec vilis galba tulisset. Polluce super. i. de polluce est enim anastrophe. super adit scribitur cum ablatiuo prodevt eneid. i. Multa super priamo rogitās super hectore multa. Hic subiit mentem. i. venit in mentem. Non erat illa dryas. i. dea arborū ꝛ precipue querculū vt dixim⁹. neq; libetris. i. vna musarum que libetrū incolūt nec oreas. i. dea montiū. nam oros mō dicitur. Tonātis. i. veri iouis cui⁹ est tonare: hoc est Jesu christi filij dei mater. s. Maria. Iuuente anhelāti. i. laborantis in periculo vite. pacē. i. tranquillitatez mentis. Tethys est magna dea maris vxor oceani facitq; tethyos in genitiuo ꝛ vtrangz pducere potest vt in Geor. Teq; sibi generū tethys amat omnibus vndis. Ceres dea frugū dicta a regia cicilie. alma: q̄a nos suo inuento alit ꝛ ipse col⁹ rex ventorū dictus: q̄ illorū vsum mari fecit. abcisa silua que impedimento erat In antris equoreis. i. vicinis equori enei. i. Eolia venit loca feta furentibus austris. ꝛc. Frenat ibidē illa se iactat in aula Aeol⁹. ꝛ clauso vētorū carcere regnet Deus erulit hanc. s. diuā virginez super flāmas astrorū vnde canitur. O gloriosa domina excelsa supra sydera: quis assumpta est Maria ad ethereū thalamū ꝛc. Atq; volantes. i. pernices equos solis: quos quattuor Ouidius in principio scōi metam. ponit vt alibi diximus. Supra fulgentes cassiopeā q̄ est in circulo artico effigies tamen corporis ad estiuū circulū peruenit quez capite et pectora manu tangit quā prope mediū diuidit circulus lacteus nō longe a cephei circulo locatā. vbi occidit cū scorpione: eroi tur cum sagittario. Hanc Euripedes et sophocles ꝛ alii multi scripserūt gloriatā olim fuisse q̄ nereidas corporis pulchritudine superaret propter quod in sit⁹ quā astro conspicitur sedens: ꝛ vertentem se mundo resupinato capite ferri videtur. Bisseno sydere vt in Apoca. xii. Mulier amicta sole ꝛ luna sub pedibus eius.

Oreas:

Tethys:

Aeoli:

Cassiopea:

Cādide mira canis, nullis pastoribus vnquam Al.
Cognita, quid tethys? quid fulgens cassiopea?
Aeolus æquoreis ventos quis frenat in antris?

Qui ſunt ſolis equi magna atq; ignota recenſes
Sydera ſunt parti, parti ſunt numina priſca Can
Omnia quæ Pollux mihi cum naraſſet, in ædem
Duxit, & iſta ſacer paries ait omnia monſtrat
Pictus erat paries ſignis & imagine multa.
Omnia non memini mens eſt mihi debilis, iſta
Vix tenui, dum ſæpe animo voluo atq; reuoluo
Sæpe recordari medicamine fortius omni
Iſta poteſt nigro depellere nubila cœlo
Iſta poteſt ſiccis fluuios dare frugibus imbres
Cum volet, iſta nouos duris emittere campis
Cum volet, emiſſos poterit reſtringere fontes.
Qui modo ſunt ſteriles & nudi gramine campi,
Si volet, in pingues poterit conuertere glebas.
Frigida Saturni cum ſydera ſuſcipit atro
Scorpius hoſpitio, non auferet ordea grando
Nec domus ardebit, nam tunc hæc omnia cœlum
Dicitur iratis in terram effundere ab aſtris,
Si volet, hæc nobis, cuſtodiet omnia virgo.
Si fauet hæc nobis, complebunt horrea meſſes
Adijcietq; gregis ſemper fœtura gemellos.
Si pecus infœlix erit & ſine vellere, ſolo
Ipſa poteſt nutu dare lac, dare vellera & agnos
Et curare greges, omnemq; auertere morbum.
Nil opus eſt modo pana ſequi, neq; cætera turis
Numina quæ veteres fruſtra coluiſſe feruntur.
Vidi ego circum aram nymphæ pendere capellas

Plaustra, boues, & oues, hic Iani vidimus hircum
Et memini inscriptam versu hoc legisse tabellam
Votum pro saluo Ianus breue reddidit hirco

¶ Candide in tra. Ne contra decoꝝ maiora & que pastoribus cõueniẽt cecinisse putet castigat poeta: dicẽs a pollione dediciſſe. Sidera sunt partim vt cassiopea. Et ista sacer parrex. scilicet cherubin de sacra. Seperet ozidari sub aquilone: fortius omni medicamine. Fluuios imbres. i. effluẽtes & abũdantes. Nouos fontes emittere quod vsu veniſſe varijs locis predicant. Frigida saturni. Sẽ enim prognosticũ est future calamitatis. i. culmoꝝ per grandinem deiectionis. Unde dicit Maro georgicoꝝ pmo. Hoc memeno celi menses & sidera seruã. Frigida saturni sese quo stella receptet. quia vt author noster iterpretatur dñs in secundum venit grandinem ghat saturni sidus. sed diua virgine intercedẽte: non infert hordeo grando. nec dom⁹ ardebit. i. nec cõburetur fulmine. Fetura. i. secunda productio fetus. Maro. Si fetura gregẽ suppleuerit aureus ẽto. Adiciet. s. ad gregem: gemellos. i. geminos fetus. Si pecus infeliz. i. morbidũ & miser abiecerit. bene aũt conuertit sermonẽ ad pastoralem. Solo nutu solo iudicio captus. Pana deum pastoꝝ: de quo Maro. Pan curat oues ouiũq magistros. Cetera numina vt palle: apollinez: faunos illuanos: egipanas: satyros: cererem: bachum. ꝛc. Nymphe. i. pura virginis eterni patris sponse. Capellas. i. capras cere as. hircũ Iani. i. qui Ianus putarat a mulum cum a puero in veribus alligat⁹ esse: vt primo vidimus. Est aũt artificiose hoc dictũ. Nam sic puer dicta: veram historiam asserit. Erat aũt hircus cere⁹ aut depictus. vt patet ex carmine. Moris autem erat romanis in tabellis votiuis depingere casus suos a miraculosa liberationes aut rerum recuperationes. Unde & maſuo poeta. Nunc deus nunc sucurre mihi: te posse mederi. Picta docet templis multa tabella tuis.

Dum ea perlegerẽ, pollux hæc carmina supplex
Ante aram genibus positis in marmore dixit
Odea quæ seruas vrbes & rura, præcamur
Ne padus exundet, ne stix nocturna fugendo
Hauriat infantes, nec eant per compita laruæ
Diua faue agricolis, talpas occide malignam
Aggeribus pestem, gelidis sata læta pruinis
Quando bruma venit, conspergere diua memẽto
Ne tineæ erodant anno frumenta sequẽti
A boreæ flatu pingues defende mariscas
A gruis ore fabas, & ab anſere farra palustri
A serpente boues, a vulpe & fure cohortem

Abruco erucas, a bruma & grandine vites
A vi & fraude lupi pecus a rubigine fruges
A rabie catulos a flamma & fulmine villas
A murum inſidijs petaſonem a milite pernas
A campe & pigris, pigris heu cætera neſcit
Meus oblita ſequi, numerus me in verba reduxit
Sæpius in numerum rediens obliuia forſan
Mente abigam, retrogradior numerũq; recurro
A campe, & pigris virides limacibus hortos
Alphe viden, quæ vis numeri? iam cætera cerno
A tonitru reboante cados a frigore fœtas
A grauibus vitulos œſtris, a gutture porcos
Anginoſo, oneras pubes ne ruſtica perdat
Adſis o dea, nec lædant examina fuci
Neu miluum furentur aues, neu vellera ſentes
Succida, neu lappas apprendat lana ſequentes
Diua gubernatrix hominum, cuſtodia vatum
Diua laborantum requies, medicina dolentum
Et tutela gregum, noſtris precor annue votis.
Talibus orabat Pollux, ego poſtibus hærens
In baculum pede porrecto recitata notabam
Altius, ac memori condebam ſingula mente.

¶ Vũq; ea perlegerẽ. Oſtendit pollucẽ in relizione memorem paſtorẽ atq; otaꝫ repto rerũ ruſticarũ conſeruatione. Unde carmẽ eius depiecatoriũ recenſen Perlegerem. ſ. occulto nõ ore nam vt dixi pictureſ ũt indoctoriũ libri: ea ſcilicet q depicta dirit. Ji marmore: ſuper marmoꝛa pauimentiũ. Ne padus exũdet: quia ſepe vt maro dicit flumiorũ rex eridanus: cãpoſq; per omnia. Cũ ſtabulis armẽta trahit. Noctua nocturna. Jd ruſticorum ſuperſtitione: qui putant ſtriges et

Lamias noctu volare que infantes auferãt cõcãos: qõ fictũ ad terrores puerorũ Lamiæ
ne noctu vagentur author est porphirio ad illud Horatij in arte poetica. Nec qõ
cũq; velit pascat sibi fabulla credi. Neu pranse lamie vñ puerũ exirahat aluo.
Perotꝰ aũt dicit de strigibꝰ sic. Striges nõ a strigendo infantũ corporibꝰ vt q̃
daz falso existimãt: sed a stridore nomen hñt. Fabulosissimoq; est q̃ castradũt vbe Striges
ra infantiũ labris immulgere. Aues sunt nocturne. Lucanus. Quod tepidus du
bo qõ strix nocturna queruntur. Constat tamen in maleficis tam esse q̃ etiam a-
pud vetustissimos fuisse: accipiẽtes pro maleficis mulieribus q̃ noctu gradientes
infantiũ corpora sanguinem sugendo exhauriunt. hec ille. Hauriat igit. i. exhau
riat sanguinem sugendo: nec larue. i. cacodemones aclemures: hoc est nec spirit
ligna pestem aggeribꝰ. i. tumulis terre. Ne tunce. i. nuales aut alii vermiculi vt
limaces: buci: tineę blatte. Warices. i. ficꝰ. Anser e palustri. i. indomito in palu
dibus versari solito. A serpente boues quia in aluum immitti solent. Cohortem
. i. gregez. A bruco. i. vermiculo caules q̃ eruca qui salaces sunt herbe depascere
solito A bruma. i. hyemali frigore. a rubigine: infesta pluuia que rubiginẽ indu
cit. Catulos. i. catellos villas. i. domos in agro. Petasonez. i. anteriora crura suũ
A militie. i. stipendiario franci architenentem francũ appellãt. A campe. i. ver Campe
miculo illo hortensis maxime herbas q̃ herborũ frõdes erodere solito. Unde Co
lumella. Nec solum teneras audenter rodere frondes Implicitus conche limax:
hirsutaq; campe. Fingit aũt rusticũ oblitũ carminis: vt decorũ seruet. Que vio
. i. virtus/numeri/rithmi/q̃ metri. quia metra iuuãt animoe. i. memoriã. Unde
ille. Fuerios meminiũ verba tenere. A tonitru reboante cados. i. vasa vinaria
in quibus per vehemẽte tonitru vina obuerti solent q̃ in vappã mutari. Fetas
. i. grauidas oues. Oelires quos latini asilos vocant. Maro Geotgi. iij. Qui no
men a suo Romanũ est. oestrum grauẽ vertere vocãtes. Ustos ardente sole ni
miũ exercẽt q̃ in fugam quasi furentes vertunt. A gutture anginoso. Is effi sut
bus peculiaris est n. otbus. Operae. i. labores diurnos. Fuci reipe sunt inutiles
apes aut musce non mellificãtes: sed mella furantes. Uñ dicit Maro de apibus
Ignauũ fucos pecus a presepibus arcent. Examina aũt sunt apũ seu apum feru
re. Iume. Examenq; apũ longa cõsederat vua. Milũ legumen: vt quidã volunt
a mille dictũ q̃ millesimũ reddat ñ primam corripit vt Geor. j. Et milio venit
annua cura. Uellera succida. i. cũlana nõdũ lota sentes. i. spine q̃ vepres hirsuti
Lappas. i. nodulos hirsutos in lappa herba crescentes. Memori mente: vt vero
simile faciat.

Candide pollucí pro sollicitudine tanta, Alphus
Pro præcis officio, pro rellígione putasne
Dandum aliquid nobis? pietate peculia crescunt
Quid ni aliqd dandũ est? opꝰ psoluere crates Can
Rusticus es, crates enim pro gratibus inquis. Al.
Crates & grates paruo discrimine distant Candi.
Dandum aliquid, neu bis deꝫ, sine pascha reuerti
Quando sacerdotes commissa piacula soluunt,
Quid dabimꝰ? vituli grauis ẽ iactura vel agnũ Al

Ogdoas: us aut tertius octonarius numerus (Eſt enim ogdoas ados ogdoas ogdoados numerus octonarius: quo ter replicato poſt aſſumptionē habeꝫ natalis virginis) fluxerit: ꝛ toto orbe iterum ſupple eſt feſta dies: quia natalia virginis illa ſtrant aras virginis ignibus id eſt luminib⁹. Sacerdos offert noua libra. i. libamina. Libra. i. ſignū redit properās. i. feſtinans equare noctes die⁹. quia paulo poſt eſt equinoctiū autūnale. Unde Maro. Libra diem noctiſq; pares vbi fecerit horas ager piceꝰ exultat. ſ. feſto ſolēni. Adria. i. mare adriaticū vehit puppes illiricas ꝛ chaonias. i epiroticas. i. venientes illiricos ꝛ chaōes ſeu epirotes lauretū viſentes: tuſci adſunt cū mercibus. i. reb⁹ veni alib⁹ ꝛ vmbri ꝛc. In ingū ſublime: vbi edes eſt diue virginis. Et cū theſſalicas. deſcribit feſtū preſentationis eiuſdē virginis qō celebrāt cū ſol ſubit curſu breuiori. da tunc bruma eſt. ſagittas theſſalicas. i. ſagittarij ſignū qō chiron theſſalicus cōſtituere dicitur. da tūc clauſa ſacris penetralib⁹. ſ. tēpli. ꝫ gyneceī. i. ſecreti virginū. Eſt ei gynaike iō. i. gyneceū locus vbi mulieres verſantur: vbi cauſa hauſit deum toto corde obliti proprios parentes quia ſoli cōtēplationi diuine vocabat nil terrenū ſapiēs. Hoc aūt feſtū celebratur. xj. kalēdas decembres. Et cum ſemiferi. i. cē. deſcribit feſtuz conceptionis eiuſdē diue virginis ſequēs ordinē kalendarij ſnōrei geſte ꝺa prius concepta ꝺꝫ preſentata fuit. Et cū ſol fugiēs ab arcu chironis ſcilicet ſagittarij ſemiferi. i. centauri. Centauri enim ſunt populi theſſalie ꝺ primi ꝛ quos illic aſcenderūt. Unde procul viſi creditī ſunt vmbilico tenus equi: vnde fabula orta vt inferne equi ſuperne homines dicantur. languet quia paruz habet caloris ad limia glacialia: id eſt ad ingreſſum frigidū capiti id eſt capricorni hiberni id eſt hyemalis ſigni tunc ſupple ꝛ mas ꝛ femina induat ornatas veſtes: immo ornantes: ꝛ celebrent letitia. ſuadendi cū. i. letentur die quo pater. i. Joachin vtpotior eſt ſententia: annoſus. i. vetulus imbuit ſemine ſacro. i. fuento ab originali macula: aluū cōiugis ſcilicet anne grauidā. Etenim illa dies fecit primordia. i. conceptū ſancte nymphe. id eſt ſponſe altiſſimi patris ꝛ voluit deſcendere in noſtras ſordes: ſcilicet originalis peccati in quod oēs preter hanc de femine nati deſcenderunt.

Cum volat imbrifera lampas phœbæa ſub vrna
Ad vernos reditura dies, iam proxima veri
Ite nurus omnes, ſacros altaribus ignes
Thura focis, faculas manibus date, ducite pōpā
Attullit in templum noua dona puerpera virgo.
Quando gregis princeps aurato vellere fulgens
Incipiet zephyris aperire tepentibus annum
Et dare maiores luci quam noctibus horas
Aliger occultam redeat paranymphus in ædem
Et noua miranti referat mandata puellæ
Feſta dies thuſcis populos de collibus omnes

Cogit, & arnicolas vocat ad florentia templa
Tum quoq; sed tenui virgo prius interuallo
Nupsit, & hæc teneris lux est celebranda puellis
Quando sub extrema cancri testudine phœbus
Voluitur, & reuehit vicina canicula morbos
Thure piam celebrate diem, redit hospita mater
In propriosq; matre lares altaria circum
Primitias cereris geminæ suspendite matri,
Ista dedit Pollux, vigilans quæ in montibus olim
Fecerat ad pecudum caulas, dum nocte serena
Militiam cœli sparsosq; examinat ignes
His quoq; plura dedit sed carmina plura referri
Non sinit, extremum deponens vespera solem.

Finis Aegloge Octaue

¶Cum volat. Docet quando celebrandū est festū purificationis aut verius presentationis ⁊ apparitionis christi: quo presentatus est a diua virgine in tẽplo. Ordo est. Cum lampas phebea. i. sol volat sub vrna imbrifera. i. sub aquario ad huc existens: reditura ad dies vernos qui incipiūt in martio. existens tā prima veri. O nurce. i. nupte offerte: ite date sacris altaribus ignes. Date focis thura date manibus vestris faculas ducite pompam. i. letas supplicationes seu processiones: quia virgo puerpera. i. que virgo permanēs puerū peperit: attulit in templum noua dona. qui aptierū qui datus est nobis hoc est deus incarnatū ⁊ de virgine natū: que duo maxime sunt noua nec prius visa nec deincepe videnda. Qñ gregis princeps. Describit festum annunciationis ⁊ incarnationis dominice qō in martio celebratur sole existēte in principe gregis. i. ariete. Paranymphus. i. pronubus gabriel archangelus. i. aliger: da alati pinguntur angeli. Mirāti quia turbata est in sermone eius. Luce primo. Nous mandata: quia. Ecce concipies in vtero ⁊ paries filiū. Arnicolas. i. armū amnē colentes. cui⁹ accolas quidē finēti nos volūt appellādos vñ nō semel p floretia fluēta ⁊ p floretinis floretini legunt. Jā aūt festū floretine peipue celebrāt. Nō est aūt legendū arnicole ēst arua colētes: da illi vbiq; sunt: arnicole in tuscia nñ. Tū quoq. Tāgit festū nuptiarū da primus nupserat. nā cū esset desolata missus est angel⁹. ⁊c. tenui. i. modico interuallo. i. spatio tpis. Est aūt spōdaicus ⁊ sus. ⁊ hec lux. i. nuptiarū: puellis tenueris: nubere sperātib⁹. Qñ sub extrema cancri. ⁊c. diserte docet festū qō visitationis quis nolit celebrare. i. vj. nonas iulias: potiꝰ dicēdū reuersiōis. quia statiz vt conce

Arnicolas

pit abiſt cum feſtinatione in montana: ⁊ manſit illic menſes tres vſq; poſt natiuitatē diui Ioannis precurſoris dñi. Quando igitur phebus id eſt ſol volutur ſub extrema teſtudie cancri. i. in extrema parte que teſtudinata videtur. ⁊ cantcula ſcilicet celeſtis. i. vicina. i. mox oritur: renehit morbos. celebrate diem piaz. i. pii. officij: thure quia mater. i. pregnās virgo que etiā ab Elisabeth mater vocata eſt. quia vnde mihi hoc vt mater domini mei. ꝛc. qō de ea potius q̄ de alia pregnante dicit. quia per eū quem geſtabat certa erat etiam partu futura mater. hoſpita. ſ. elizabeth: redit a matre. ſ. Ioannis in proprios lares. i. ſuos edes. ſuſpendite ergo ci. cū altaria gemine matri. ſ. Marie et Elizabeth. quia a quibuſdā vocatur feſtū Elizabeth. Primitias cereris. i. nouas fruges que tunc maturę ſunt. Iſta dedit pollux. dum examinat ingeo. i. dū virtutem ſcrutatur aſtrorum. Veſpera. i. veſperus aut veſper ⁊ veſperus ⁊ veſperugo: ſtella illa veſpertina que mane lucifer dicitur.

Egloga nona quæ dicitur Falco de morib⁹ curiæ Romanæ. Colloquutores Fauſtulus & Candidus Poſt religionis ingreſſum.

CAndide quo caſu patrijs ꝓcul act⁹ ab oris
Hæc i rura venis? hic paſcua nulla nec ānes
Nec liq̄di fōtes, nec ouilia tura, nec vmbrę
Et tamen aſſiduos gregis hæc paſcuntur in vſus
Fauſtule me noſter Corydon (qui plurima quōdā
His armenta locis habuit magnamq; peculi
Congeriem fecit) pecori me credere adegit
Eſſe ſalutares iſtis in montibus herbas
At poſtquam ſegnes agros & inertia ſaxa
Vidimus, & ſiccis arentem fontibus vndam
Pœnituit longæq; viæ patriæq; relictæ.
Poſtq̄ te incolumem ſaltus intrare latinos Fau.
Contigit, antiqui potes hæc mea tecta ſubire
Iure ſodalitij, ſunt hic mihi pauperis agri
Iugera pauca, meæ vix ſufficientia vitæ.
Quicquid id eſt, commune puta tibi, forſitan vlla

Proſpera ſors aderit, fortuna ſimillima vento eſt
Cariceæ ſuccede caſæ, dum preterit æſtus
Dum grex in gelida procumbens ruminat vmbra
Pone pedum, diſcumbe parum, recreabere potu.
Potu opus eſt, potu iſte grauis compeſcitur æſtus
Pocula prende, fluet melius poſt pocula ſermo
Pocula quis tanta demens æſtate recuſet? Cand.
Vina ſitim minuũt, animiq; doloribus obſtãt Fa
Vina vt amiticias, vires ita corporis augent.
Hæc parit ora bonos, ſi patria vina, racemos. Cã
Funde iterũ, potare ſemel guſtare, ſecundus Pau
Colluit os potus, calefacta refrigerat ora
Tertius, arma ſiti bellumq; indicere quartus
Aggreditur, quintus pugnat, victoria ſextus eſt
Septimus (œnophili ſelis hæc doctrina) triũphat

Candide. Inſcribitur hec q̃ cõpoſita eſt in gratiã falconis Simbaldi patrici romani protonotarij apoſtolici apoſtoliciq; fiſci cuſtodis. de quo in epigrãmatis mentio freq̃s eſt; de moribus curie romane. Inducitur abt Cãdidus perſuaſus a Coridone cum pecore romã pſi ciſci relictis patrijs paſcuis. cuius incepti cum ſero peniteret occaſiõe cuius multa dicunt in deteſtationẽ nugacie romane curie. hec in ru ra. i. romana (preterit bo rũq; nota ſunt) Jure antiqui ſodalitij. i. ſodalitatis ⁊ hoſpitalitatis. Fortuna ſimillima vẽto eſt. i. marie incerta ⁊ inconſtans Cariceæ caſæ. i. tecte carise que eſt herba acuta. Maro. Et carice paſtus acuta, Pone. i. re pone aut depone vt quieſcas pedũ. i. virgam paſtoralez qua pedes ouiũ capiũt ⁊ dirigũt. Jmitat abt ad potandũ nec abnuit Candidus vt ſi qua peruiantino in curiã romanã dicta ſint a poetis dicta cenſeantur. Animiq; doloribus obſtãt vnde bacchus deus q̃ curas ſoluat ⁊ liber q̃ ab eis libere dictus eſt. Vina vt amicitias ea cõpotando trahitur magna familiaritas. Comicus. quia cõpatrie eius eſt Salomõ ⁊ Cicero cõparant vina ⁊ amicitias in hoc q̃ vtraq; quo veteriora eo meliora putẽtur. hec ora. i. regio parit bonos racemos ſi hec vina ſunt patria. i. in hac patria nata. Unde Fauſtulus potui magis q̃ verbis intentus inquit. funde iterũ quia potare ſemel eſt guſtare. i. pitiſſare dutaxat. Secundus potus. i. hauſtus colluit. i. irrigat. penitus os. Tertius refrigerat ora calefacta. Quartus aggreditur indicere ſiti adhuc predominanti bellũ. Quintus pugnat victoria eſt ſexti ſ. hauſtus. Septimus triũphat. ſ. deſiit. hec doctrina eſt ſtnio enophili. i. amatorio vini. vt prius docuimus.

Res eſt conſilijs ſecura fidelibus vti Candi.
Vtile doctrinis præbere ſenilibus aures
Victa ſitis, mens egra manet, curæq; ſuperſunt.
Vt ſedata ſitis, ſic mens ſedabitur ægra Fau.
Fũde merũ, bibe, cardiaco medicina dolori hæc
Vtitur ad curas iſto medicamine roma.
Omne opus atq; labor vult iterualla, quieſcat Cã
Obba parum, contra muſcas impone tabellam
Nõ madet ibre dies, nec habet nox humida rorẽ
Creſcere nec duris poſſunt in cotibus herbæ
Importuna fames, labor improbus, aeris ardor
Confecere gregem macie, vix debile corpus
Spiritus æger agit, vacua cute porrigit oſſa
Clunis, & exilis caua contrahit ilia venter
Hic aries qui fronte lupos cornuq; petebat
Nunc oue debilior, pauidoq; fugacior agno eſt
Hæc mihi, ſed nimium me ardẽtia vota ferebant
Omnia diuino prædixerat omine cornix
Vix egreſſus eram limen, cum triſtia portans
Argutia a dextra venit, terq; ſiniſtræ
Culmine conſedit, preſſoq; minaciter ore
Vociferans, iter auſpicio prohibebat aperto,
Heu pecus infœlix, quod lacte & prole ſolebas
Affluere, in noſtris licuit dum paſcere campis.
Gramina dum quæris, ſucci plus perdis eundo
Quam referas paſtu, ſimul hic tabeſcimus ambo

Tu tenui victu, curis ego victus amaris,

¶ Res est consilij. Graphice docet quid cure valeant: quia victa satietate sup. est. Si mens egra manet cure eque superiunt. Ad quod Faustulus. Ut satis sedata est mente sedabitur egra. Cardiaco medicina dolori hec. Dec medicina. i. frequens potus est medicina dolori cardiaco. i. cordis quem qui patiuntur nimiū sitiunt. Unde Iuuena. Cardiaco nunq; ex ratibū missurus amico. dicitur autem acardia que grece dicitur cor. Quilecat obba. i. lagena lato fundo vnde a Persio dicitur testilis obba. Impone tabellā petra mulcas. Importuna fames que importuna est de via festis labor improbus id est assiduus ita improbādus. Maro. Labor omnia vincit Improbus. i. ardor aeris cōficere gregem macie. i. emacerauerūt sed plus est cōfici macie q; emacerari. quia quod cōficitur deficit. Uenter exilis quia vacuus. Diuino omine. i. a dijs portēto: aut diuinandi vim habēte. Maro. Sepe malum hoc nobis si mens non ieua fuisset. De celo tactas memini predicere quercus. Sepe sinistra caua predixit ab ilice cornix. A dextra venit. Cicero in lib. j. de diuinatione scribit cornum a dextra: a sinistra cornices facere ratum, vnde hic potius videtur dicendū a leua verū addit: tegetq; sinistre. Culmine cō sedi: vbi. i. visa est: quia sola ifausti est augurii. vt Plinius docet. Teges dicitur tugurium. Nocifera ano est enim infelicis garrulitatis auis. Auspicio apto. i. manifesto. p. prohibebat iter. i. profectionē. In nostris. i. mātuanis. q; referas pastu. i. e pascendo. est enim nomē. Simul hic tabescimus ambo nu. s. infelix pecus tabescis sup. tenui victu. i. penuria victus i. inedia: ego scilicet tabesco victus amaris.

O nostræ regionis opes, o florida prata, Fau.
O campi virides, o pascua læta, feraxq;
Et nunquam sine fruge solum, curentia passim
Flumina per villas, riui per rura per hortos
Hinc pecus, hinc agri pingues, sub sydere cancri
Cum tritura sonat passim cum iulius ardet,
Arua virent, texte lento de vimine sæpes
Poma ferunt, redolent ipsis in vepribus herbæ
O nemorum dulces vmbræ moleſq; susurri
Quos tecum memini gelidis carpsisse sub vmbris
Turturis ad gemitus, ad hirūdinis ac philomenæ
Carmina, cum primis resonant arbusta cicadis.
Aura strepens folijs nemorum veniebat ab euro
Et bacchata super tendebat brachia comus

F. Baptiſtę Mantuani.

Ipſe ſolo recubans pecudes geſtire videbam
Atq; alacres teneris luctari cornibus agnos
Poſt ſomnos per gramen humi nunc ore ſupino
Aut flatu implebam calamos, aut voce canebam
Pectore nunc prono rutilantia fragra legebam
Viuere tũ felix poteras, diciq; beatus Fau.
Sed bona, ꝙ nondũ fueras expertus acerbam
Vilis erat tibi, teq; ideo fortuna reliquit
Quando iterũ veniet (veniet ſi forſitan vnquã)
Sicut capreolis ſurſum nitentibus hærent
Stipitibus vites, ſtringuntq; tenaciter vlmos
Sic illam tu prende manu neu deſere prenſam
It, redit, effigiem mutat, nec imagine conſtat
Par lamijs, quas nocte ferunt errare per vmbras.
Mobilis vt facies, ita nos deludere gaudens
Quod dederat tollit, penſi nihil, omnia caſu
Qui nimium metuunt ſapiunt ve, repellit & odit

¶ O noſtro. Cõtinue ſunt verba cãdidi. Nã fauſtus ſe latinũ ſignificat vt atq; in ſua patria eſſe. Omnia aũt vſque adeo facilia ſunt vt vel minima eruoſitio videatur inanis: nihil tamẽ eſt obiectiuo dictũ ꝙ huicſtilo congruat. Brua virẽt. Ut ꝙm longis carpẽtarmenta diebꝰ. Exiguus tantum gelida ros nocte reponat Sepes poma ferunt. Miraz narrat fertilitatẽ: ſed nõ rarã italie vbi in vnis hortis poma vitem fruges z legumina nõ ſemel vno anno colligas. Redolẽt ipſe in vepribus herbe. Id quoq; verũ quia roſe naſcuntur. Molleſq; ſuſurri z fontiũ et apium. Maro. Sepe leui ſomnũ ſuadebit miro ſuſurro: Eſt aũt ſuſurrus raucum q leue murmur. Gelidis ſub vmbris. Idẽ hic inter flumina nota. Et fontes ſacros frigus captabis opacũ. Turturis ad gemitus qui a eius cãtus eſt gemitus. Idẽ Nec gemere aerea ceſſabit turtur ab vlmo. Ad hirũdinis ac philomene carmina. De enim auicule dulciter canunt. Maro. Vic alta ſub rupe canet frondator ad auras: quod de philomena intelligi poſſe docet Seruius cũ primis. Idem. Sole ſub ardenti reſonat arbuſta cicadis. Ab euro. i. oriente. Tornꝰ baccata aut bracchia baccata. i. baccis ornata hoc eſt cornea. Idem. Dictũ infelicem baccas lapidoſaq; cuda dant rami. Et in eodem tertio enei. Baccatãq; iugis naron. Solo recubans Idem. Recubans ſub tegmine fagi. Geſtire. i. geſtu alacritatẽ prodere aut voce. Idem. Nec calamis ſolũ equiparas ſed voce magiſtrũ. Rutilãti qua-

tura fragra legebam. Idez. Qui legitis flores & humi nascentia fragra. Viuere tum scire poteras: dicig beatus sed bona fortuna erat tibi tamen vilis q nõdũ fueras experrus acerbam. Id vero vetus est. vnde dici solet. Dulcia non meruit qui non gustauit amara. Et sic. Dulcia non sapiunt cui nõ gustantur amara. Et ideo quia despecta tibi fuit fortuna reliqui te. Id quoq moraliter quo suadet psentu vti fortuna: quia multis dilatio nocuit. Unde Luca. Tolle moras: nocuit semper differre paratis. Quando fortuna veniet iterũ si veniet forsit an vnq̃ bona parẽ hesie: que incertitudinẽ fortune significat sicut vites herent stipitib⁹. i. palis hoc est ad palos: capreolis. i. hordeis quibus dã ad hoc rotũ: nitentibus. i tendentibus sursuz. sic prende manu: illã scilicet fortunã: neu. i. neue delere pẽ sam⁹. i. semel compensam. Fortuna it & redit & mutat effigiem: nec constat imagine. i. nec seruat semper eandẽ imaginez. par. i. similis lamijs. i. mulieribꝰ que se transfigurare dicuntur. Pensi. i. excogitati & deliberati nihil. s. habens ola cassu. s. faciens repellit & odit qui nimiũ metuũt. Unde dicũt a Marone. Audaces fortuna iuuat. aut vt alii legunt audentes. Uel pro vel qui nimiũ sapiũt. da philosophus docet: quanto plus est sapientie tanto min⁹ fortune quia sapiẽtes sunt prudentes omnia prospicientes priusq̃ cueniant & ita pauca eis a casu & fortuna obueniunt.

Delitias patrij quotiens reminiscimur agri, Can.
Ferre tot erumnas animo non possumus æquo.
Sed quo mente feror? casu afflictatus acerbo?
Vnde magis crucier? fœlicia tempora voluo.
Maius adest, floret vites, humilesq; geniſtæ
Iam spicata seges, malus iam punica multo
Flore rubet, redolent sepes albente sabuco
In patria, per rura padi, per pascua minti
Hic vero nec dum incipiunt pubescere montes
Quod si vere solum torpet, quid frigora brumæ,
Solstitiumq; feret, gelidis cum terra pruinis,
Albicat, & rapido cum cœlum incanduit æstu?
Sunt tamẽ hic armẽta, quibus cutis vuida, ceruix
Non signata iugis, gemino frons ardua cornu
Luxurianſq; toris pectus, nisi pabula carpant,
Non erit hac tanta humectum pinguedine corpus

Hæc armenta quibus caput a tellure leuatur Fau.
Altius, & cui ſunt longa internodia crurum
Cuncta vorant, herbas primum, mox ore ſupino
Arboreas frondes, ſummæq; cacumina ſyluæ
Hoc imbelle pecus quod humi naſcentia tantum
Gramina decerpit, vacuis ieiunat in aruis.
Quid verbis opus eſt? cunctis aiantib⁹ vna eſt Cã
Conditio, ſemper maiora minoribus obſunt
Agna lupo, mites aquilis ſunt præda columbæ
Innocuos delphin venatur in æquore piſces
Vnde fit hoc? certe res prodigioſa videtur
Hæc loca ſi procul hinc videas e rupibus altis
Pingne ſolum, & multo veſtitum gramine dicas
Quo magis appropias, tanto magis omnia ſordẽt
Hoc eſt roma viris, auib⁹ quod noctua, trũco Fa
Inſidet, & tanquam volucrum regina ſuperbis
Nutibus a longe plebem vocat, in ſcia fraudis
Turba coit, grandes oculos mirantur & aures
Turpe caput, roſtriq; minacis acumen aduncum
Dumq; ſuper virgulta agili leuitate feruntur
Nunc huc, nunc illuc, alijs veſtigia filum
Illaqueat, retinent alias lita vimina viſco
Prædaq; ſunt omnes virgbus torrenda ſalinis

¶ Delicias patrie ꝛc. Permanet querulus cãdidus: vt tandẽ perueniat ad mores curie romane notandos. vñ magis cruciet: quia ſummũ infelicitatis genus eſt fuiſſe felicẽ. Maina. ſ. menſa floridus. Jam ſpicata. ſ. inſpicas formare. Mala punica. ſ. que aurea mala fert. Albente ſabuco. ſ. floribus eñ acinos nigerri

mos habeat. per pascua mutti pro mutuis per apocopē aut fineresim. pubescere. i. frondescere. quia ii vere. i. tempore veris de quo dictū est. Hāc omne parturit arbos. Torpet constrictū frigore iacet. Quia frigora brume sup. ferent q̄ solstitium. i. estiuale ferret. Brume inquam gelidis cū nix a primis albicat. Solstitium autē rapido cū cēlū incanduit estu. Cutis nitida. i. habita r nitida. Horatius. Me pinguē r nitidū bene curata cutervies. Cerritum ex signata vngis. i. qui nondū posset auerat vngū. Luxuriantiq; totis pectus quod indicium bonū indicat Maro. Allegoricos aūt vult diuites omnia ingurgitare. vt docet manifeste faustulus. vnde addit candidus. Semper maiora minoribus obsunt. Agna est lupo preda. milites cohibe iunt preda aquilis. Velyn qua balena aspicerao alere dicitur quia intrat eorū ora r egreditur sequēt. o piciculi in alueum balene demittantur. Vñ quidā latrone appellant. Venatur. i. insidiis capit: quia nihil est pnicius eo. Multa aūt per allegoriā. dicūtur. Hoc est roma viris. i. captatrix ostentat enim se placidā r opulentā r adulterantes in media cōfici sinit noctua auibusque admirationi est eis ita circumuolātes capiūtur aut visco aut thete. Lita. i. illita alino vimina. i. virgule aut perisce parue. Sunt preda tortēda veribus: alii verubus legunt: sed r Maro veribus dixit. Paro in frusta secant veribusq; trementia figunt. Saligno autē. i. ex salicibus quia talibus vtuntur rustici.

O bellum hoc poterit dici nihil aptius vnquā cā
Sed procul en colubet tortos in puluere gressus
Flectit, & exertis sitiens ferit aera linguis
Cādide q̄ moneo memori sub pectore serua Fau
Quando inter syluas graderis, defende galero
Lumina, nanq; rubi prætendunt spicula longis
Dentibus, & curuus discerpit pallia mucro
Nec depone pedum, multaq; armare memento
Cote sinum, ne te subito nouus opprimat hostis
Et perone pedem tegito spineta colubris
Plena hominum vitæ morsu insidiantur amaro
Et nunc longa dies æstu facit acre venenum
Mille lupi, totidem vulpes in vallibus istis
Lustra tenēt, & quod dirum ac mirabile dictu est
Ipsi homines (huius tanta est violentia cœli)
Sæpe lupi effigiem moresq; assumere vidi
Inq; suum seuire gregem multaq; madere

Cede ſui pecoris, factum vicinia ridet
Nec ſcelus exhorret, nec talibus obuiat auſis
Sępe etiam miris apparent monſtra figuris
Quæ tellus affecta malis influxibus edit
Sæpe canes tantam in rabiem vertuntur, vt ipſos
Vincāt cede lupos, & qui tutela fuerunt
Hoſtiles ineunt animos & ouilia mactant

¶O bellum hoc. Aſſentatorū more: vt Perſius indicat: laudat dictū fauſtuli: qđ tamen hic amice fieri poteſt. verū oſtendit columbum inſidiari cantantib⁹. exertis linguis ab ex. ſero. Maro. Et linguis micat ore trifulcis. Defende galero. i. largo pileo ruſtico. Curuus mucro. i. pugio ſpinarū. Nec deponere pedum. i. baculum paſtoralem. Multa cote. i. duris lapidib⁹. Nouus hoſtis improuiſus. & inexpectatus ſerpens. Et perone. i. calciamento ruſtico crudo corio crura ambire ſolito. Spineta. i. loca ſpinis. & vepribus cōſita. Maro. Nunc virides etiā occultant ſpineta lacertos. Sępe lupi effigiem. Maro in pharmaceutria. His ego ſępe lupū fieri. & ſe condere ſiluis. Verum. ꝛc. Id aūt archadib⁹ dictū eſt euenire ſolitum: ſed ſic intelligo lupos fieri: vt ſocii vitiis dicti ſunt. & viſi leones/ac porci: q̄ eorū mores aſſumpſerunt. vnde furaces. & rapaces ſignificat. Sed ad fabulā quoq; reſpicit. nam effigiem dicit. & mores. Auguſtinus docet in italia viſus eſſe quibuſdam: q̄ in aſinos eſſent verū. & ita ſubire onera a cōſuetis impoſita more aſinorum. Malis influxibus. i. in alis influentiſq. Aeri profecto aceto cōſpergit romano: quaſi vero celum id faciat. Canes ouilia mactant. Mota allegoriam in prelatos: qui ſubditos ſpoliant.

Fama eſt egyptum coluiſſe animalia quædam
Et pro numinibus multas habuiſſe ferarum
Iſta ſuperſtitio minor eſt quam noſtra, ferarum
Hic aras habet omne genus, contraria certe
Naturæ res atq; deo, qui dicitur olim
Præpoſuiſſe hominem cunctis animantibus vnū
Sæpe etiam morboſa æſtas, & peſtifer annus
Ingruit, & paſſim languens pecus omne per arua
Sternitur, extinctum balat ad vbera matris
Agnus obit, moritur duro ſub pondere taurus

Nec modus est morbo, non est medicina veneno.
Sed vicina domus vicino a limine mortem
Haurit, & assidue sumunt contagia vires,
Ista feras raro pestis rapit, vtile semper
Fert pecus, extinctas caulas epulantur atroci
Dente lupi, nostraq; feræ iactura opulescunt.
Heu heu q̄ præceps miserū me insania traxit
Credere fallaci, grauis est dementia fame.
Romuleos colles, tyberim, romanaq; tecta
Audieram, & studio mens est accensa videndi
Ducendiq; bonis in tot præstantibus æuum.
Accessi cum parte gregis, tentoria demens
Totum pene larem cum pastoralibus armis
Trās iuga summa tuli, mulctraria, cymbia, ahena
Et cacabos, & quo formatur caseus orbem
Phagineum, impensam atq; operas amisimus oēs.

¶ Fama est egyptū. Docet omne genus ferarū habere aras suas rome. i. omne genus vitiosorum esse in honore ⁊ pretio. Quod Iuue. satyra. i. graphice docet: asserens nō nisi flagitiosos erudito ⁊ carcere dignos sublimari ⁊ ideo inquit. aude aliquid breuibus gyaris: aut carcere dignus si vis esse aliquid. Fama est egyptū Idem docet Iuuenalis satyra. xiiij. Quis nescit volusii bythynice qualia demens egyptus portēta colat: crocodilon adorat. Pars hec illa pauet saturam serpentibus ibin. ⁊c. Multaq; ferarum. i. multas feras. Ista. s. egyptorū superstitio. Superstitiosorum ⁊ vanissima religio. minor est ch nostra. i. romana quia ferarum hic aras habet orbe genus. Preposuisse. vt in paradiso Gen. i. Dominamini piscibus maris et volatilibus celi ⁊ vniuersis animantibus que mouentur super terrā. Sepe etiā morbosa est ea. Hoc quoq; verū. Pecus omne. id quia pastor dicit: sed ⁊ hominum plurimi nil pestilentia absumi illic quotannis solet. Vū balat. id proprium est ouis vt boare bouis ⁊ mugire tauri. Mollit duro sub pondere taurio. Hec omnia animalia graphice habent georgi. iij. Lece aūt duro fumans sub vomere taurus. Concidit. ⁊c. Hec modus. i. finis est morbo. Non est medicina veneno. i. infectioni venenose. Ibidē. Que sint atq; nocent arces cessere magistri. Phillirides chiron amithaonius q; melāpo. Ista feras raro pestis rapit. Id quidē verum ⁊ ih nō ita multiplicant vt pereides. Opulescūt. i. opulēte ⁊ diuites fiunt vt fere sit nomē. nam si fere scribit referetur ad lupos. Credere fallaci grauis est dementia fame. proverbiale. Sensus aūt est. Ire tractū fama que erat omnes quitos

mam accederēt ditari illuc cum pecore cōmigraſſe ꝙ cū armis paſtoralib⁹ que graphice enumerat. Mulctralia vaſa in quę lac tragitur ꝙ mulgetur. Cymbia vaſa in morē cymbarū in que trāſfunditur. ahena. i. lebetes ex ere factos Et cacabos aliud gen⁹ vaſis. quidā caldaria vocāt ꝙ quo formatur caſeus orbē. i. vas rotundū quo imprimitur. Unde a forma formaginē vocat. Apul. vnde gallicum vocabulū hūc vt charū oſtendat phagineū. i. ex phago cōmemorat tornatū. Impenſam. ſ. pecuniā atq; operas amiſimus omnes: quę erat vox coīs aliquando rome venum expoſiti.

Quid faciam? quo me vertam? ſperata negantur
Pabula, tot caſus, tot vbiq; pericula, cogor
In veteres remeare caſas, & cœpta fateri
Conſilijs egreſſa malis, iterumq; per æſtus
Et montana pati longos per ſaxa labores
Heu pecus infœlix, o leuo ſydere paſtor
Huc auecte, fuit multo præſtantius iſtud
Ignoraſſe ſolum patrioq; in limine tutos
Conſumpſiſſe dies, gelidis ſenuiſſe ſub antris
Atq; padi circum ripas atheſiſſue per agros
Aut vbi per virides campos & paſcua nota
Mintius it, vel qua vitreo natat abdua curſu
Conſediſſe, gregem pauiſſe ſalubribus herbis
Te tua credulitas, & me mea fallit in horas Fau
Vidi ego ſupremę qui proſperitatis habebant
Culmina, dum laudata petunt, cecidiſſe nec vnq̄
Emerſiſſe malis, facit experientia cautos
Hi prius exſplorant, & non laudata ſequuntur
